

Luc. 22. 24.

Rom. 9. 2.

Altera ad-  
u. rufus Def.

S. Francisci  
Xaverij in  
Deum fidu-  
cia.

Tob. 6. 10.

2. Immobiles  
in Dei timo-  
re permansi-  
t. aioris in  
vere floren-  
tis cu homi-  
ne compara-  
tio.

Matt. 11. 7.

Tob. 5. 12.

diretur, vna etiam pauere capis & cadere ac maestus esse. Nihilominus in victimam voluntariam sese offerens : *Pater, inquit, non mea, sed tua voluntas fiat.* Paulus etiam meritoribus variis confectus: *Tristitia, inquit, mihi magna est, & continuus dolor.*

Sed & alia est aduersus Deum tristitia, mater impatientia, quae Deum oblique ferit & accusat, audeat hinc contra Deum & occulte dicere: Quid ad eum Deus affligit? Heus lingua improba! pessulo coercenda es, Ori digitum impone, qui talia in Deum spargis. Tobias afflictissimus non est contristatus contra Deum, neque lobus vlcibus plenus contra Deum est contristatus, neque contristatus est Dauid aduersus Deum, neque tot alij viri, feminaeque tristitia aduersus Deum conceperunt. Vt sileam tot centena millia martyrum. Sed huc quaeo veritatem oculos in nostri aui viros feminaeque. En tot bonae mentis Christiani fortunis omnibus exuti, ad faccum & mendicitatem deuoluti, militaribus iniuriis vexati, patria profugi, in extremas miseras proiecti, nihilominus aduersus Deum non sunt contristati, gratias Deo egerunt, immobiles in timore Dei persistentes. His annis toparcha magnus omnibus terris suis cedere iussus: Perlibenter, inquit, & imperio Caesaris, cuius mea sunt omnia, me promptissime submitto. Mehercle vox generosa, & vel in hoste admiranda! Aristoteles, Caelo teste, ob indefensu legendi studium *εισαλωσις γαλακτων* est appellatus, quod ferrea habere viscera, lector infatigabilis, sititor laboris, & studiorum inexplebilis. Sunt & inter Christianos animi robustioris qui ferreis pane vlcibus, quidquid calamitatis accipiunt, mente generosa digerunt contra Deum nihil contristati.

Franciscus Xaverius fiducia in Deum, & aduersorum tolerantia exercitissimus; licet subinde in modis omnibus conflicaretur, miseriarum omnium compos, nihilominus familiarissimas illas ad Deum voces effundebat. *Eriam amplius, Domine, etiam amplius. Quod & Iobo in votis fuit, qui a Deo acerbius & manu non parente desiderans flagellari: Et haec mihi, aiebat, sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat.*

Alterum patientiae specimen in Tobia hoc erat: *Immobiles in Dei timore permansi.* Nos curtae patientiae homines, saepe ut arbores sumus, quae vere florent vberissime; nos merus aded liberaliter totam arborem vestit, ut spectatores vitato praesagio dicant: Haec pomus, haec pyrus. non erit ferendo fructum abundantiam. Breui nebula, vel pruina vnica omnem decuit florem, & spem fructuum rapit vniuersam. Autumno arbor tam miserè spoliata, si felicissime proueniat, poma paucula, eaque calculosa, nana, verminosa velut artis suae specimina, profert. Ah, quam speciosè vernabat haec arbor, quantam pomorum copiam pollicebatur, & quantum nunc a seipsa degenerat tam deformi fertilitate: promissit plurima, nihil praestitit. Nos haud aliter hiatu ingenti promissores fumus amplissimi, in florem nos induimus magnis propositis, mox vnica tentatio, aut paulo grauior afflictio, & florem & fructuum spem omnem abripit: quod remanet pusillanimitas, impatientia, consternatio est. O ver, o autumne quam estis disparis! vbi immobilitas in timore Dei? Arundines fumus vento agitatae, huc illic impellimur, ad omnem strictiorem auram mutamus propositum: iam furgimus, iam denuo cadimus, cerei in vitium flecti, omni vento mobiliores, sola constantes vitiolitate. Tobiam caecitas & paupertas grauius vsserunt, & tamen in timore Dei permansit immobilis. Arumnas suas valde sentiens: *Quale inquit, gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo: nihil hic gaudij aut solatij est, & tamen in timore permansit immobilis. Orant cum lacrymis Tobias, aded meriores illum vsserant, & tamen in timore Dei permansit immobilis.*

Tertium patientiae specimen, *Agens gratias Deo omnibus diebus vite sua.* Magna artis est Deo peraeque in miseris, in luctu, in ærumnis, in calamitatibus arque in gaudiis gratias agere: hanc artem non callent, nisi ex alle probi Christiani. Chrysolomi monicum hic habemus cedro litterandum & auro: *Nihil, inquit, hac lingua sanctius est, quae in aduersis gratias agit: certe non est inferior lingua martyrum, quae patitur coronatur. Si ergo dolores perulerit, & gratias egerit, martyrij coronam sortitur.* Gratias itaque agamus in omnibus, quidquid fiat: Hoc enim est gratum esse. Etenim rebus prosperis hoc facere, nihil magni fuerit. Nam ipsa rerum natura eod impellit. Quando vero in extremis existentes gratias agimus, tunc praclarum est. Videte, quanta sit philosophia, Primum, Deum laetificas: Alterum, diabolum pudefacis: Tertium, & quod malefactum est, nihil esse facis. Nam & tu simul gratias agis, & Deus dolorem tuum imputat & diabolum abscedit. Nam si tu quidem difficilis fueris, ipse magis incumbit, tanquam qui iam, quod volebat, effecerit, & Deas tanquam blasphemus deserit, & augetur malum. Si vero gratias egeris, abscedit diabolum, tanquam qui nihil profecerit, & Deus vicissim, velut honoratus, maiore honore afficit. Non potest etiam fieri, ut afflictiones sentiat homo ille qui in afflictionibus gratias agit.

Haec sua Chrysolomus confirmans: *Ignis ingruens, inquit, substantiam tuam abstulisset, & totam domum populatus est? Reminiscere coram, quae Iob acciderunt: age iacoben pop. gratias Domino, qui prohibere potuit, & non prohibuit: & tantam recipies mercedem, quam si omnia illa in pauperum manus reposuisses. Nullum gratiarum actioni par bonum, quae admodum blasphemia peius nihil. Est nobis telum maximum, quod omnes tales Diaboli machinas repellere valet; qui per haec omnia gratias Deo agit, diabolum superant. Magnus thesaurus gratiarum actio, magne diuitiae, inconsumptum bonum, armatura fortis. Perdidisti pecuniam? si gratias quidem egeris, animam lucratus es, & maiores nactus es diuitias, quia Dei beneuolentiam haussisti ampliozem.*

Haec certe lingua, quae Chrysolomus sanctissima est, praedictus Dauid: *Benedicam, inquit, Dominum in omni tempore.* Et quando, obsecro, istud dixit, nunquid eum in regem vngeretur? Sanè non, sed cum saeuientis Saulis insidiis fugeret, & ad regem Achis exil diuerteret, parum humaniter exceptus, pæne malis simul omnibus pressus, aded ut etiam fatuitatem simularet, modò vitam seruaret, eo ipso tamen tempore vociferatur: *Benedicam Dominum in omni tempore.* Iobus iam omni pecore abacto, inter tot liberorum funera, vlcibus scatens, inter vermium agmina ad finctum veluti cadaver elatus, canit tamen, & gratias agit: *Sit nomen Domini benedictum.* Hebraei iuuenes in flammis Babyloniacis velut in ætina pergula canunt: *Benedictus es in throno regni tui, & super laudabilis, & super gloriosus, & super exaltatus in sacula.* Inter ipsos flammarum vortices *Benedicite ac Benedicite* toties ingeminarunt, ut gratiarum actionem in aduersis tanto altius imprimerent afflictis, quanto eam crebrius repererent in ipsis faucibus mortis. Tarfensis Paulus tam graui ærumnarum catena oneratus, ut quotidie videri posset mortuus, nihil tamen fecit: *In omnibus, inquit, gratias agite, haec est enim voluntas Dei.* In omnibus tam in aduersis, quam in prosperis, tam in luctu, quam in gaudiis, tam in inopia quam in opulentia, tam in afflictis valetudine, quam in integra; tam in tormentis, quam in delictis; tam beneficiis acceptis, quam iniuriis; tam delatis honoribus, quam illatis contumeliis, in omnibus. Qui enim tunc solum gratias agit, cum quis ei beneficium tribuit, is debitum reddit: qui vero gratias agit, cum quis eum maledictis figit, is debitum acquirit.

Agens. gratias Deo omnibus diebus vite suae. Chrysol. 10. 4. ep. ad Colof. pag. 1139. Philosophia semper appellat. Christiana disciplina necesse est obseruariam. Chrysol. 10. 5. bo. 1. ad Anapopularis est? Reminiscere coram, quae Iob acciderunt: age iacoben pop. pag. 21. Iob. 1. 21. Dan. 3. 54. Thess. 5. 18. In omnibus tam in aduersis, quam in prosperis, gratias agere Deo.